

PROPRIUM

EPISTOLARUM DE SANCTIS.

XXIX. NOVEMBRIS.

In Vigília S. Andréæ
Apóstoli. Epist. Benedic-
tio Dómini super, de Vi-
gília unius Apost. pag. i.

XXX. NOVEMBRIS.

In festo sancti Andréæ
Apóstoli.

Lectio Epistolæ Beati
Pauli Apóstoli ad
Romános.

Rom.
10. b.

FRatres, Corde enim créditur ad justítiam: ore autem confessio fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distíctio Judæi & Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim, qui-

cúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit. Quómodo ergo invocábunt, in quem non crediderunt? Aut quómodo credent ei, quem non audierunt? Quómodo autem áudient sine prædicante? Quómodo verò prædicábunt, nisi mittántur? sicut scriptum est: Quàm speciósi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! Sed non omnes obédiunt Evangélio. Isaías enim dicit: Dómine quis crédidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum.

FES-

FESTA DECEMBR. VII. DECEMBRIS.

II. DECEMBRIS.

In festo S. Bibiánæ Virg. & Mart. Epist. Dómine Deus meus, de comun. Virg. & Martyr. pag. xix.

III. DECEMBRIS.

In festo S. Francisci Xaverii Confes. Epist. Fratres, Corde enim créditur, ut supra immediátè in festo S. Andréæ Apost. pag. 164.

IV. DECEMBRIS.

In festo S. Petri Chrysólogi Episc. Conf. & Doct. Epist. Charíssime, Testificor, de comun. Doct. pag. xv.

VI. DECEMBRIS.

In festo S. Nicolái Episc. & Conf. Epist. Fratres, Mementôte, de comm. Conf. Pontif. pag. xiv.

In festo S. Ambrósii Episcop. & Conf. ac Doctóris Eccles. Epist. Charíssime, Testificor coram Deo, de comun. Doct. pag. xv.

VIII. DECEMBRIS.

In festo Conceptionis B. Mariæ Virginis.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Dominus possédit me in iníto viarum suarum, antequàm quidquam fáceret à principio. Ab ætérno ordináta sum, & ex antiquis, antequàm terra fieret. Nondùm erant abyssi, & ego já concépta eram: necdùm fontes aquarum erúperant: necdùm montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiébar: adhuc terram non fécerat, & flúmina, & cárdines orbis

Prov.
8. c.

ter-

terræ. Quando præparâbat cœlos, âderam: quando certa lege, & gyro valâbat abyssos: quando æthera firmâbat sursùm, & librâbat fontes aquarum: quando circumdabat mari tæminum suum & legem ponêbat aquis, ne transirent fines suos: quando appendêbat fundamenta terræ. Cum eroam, cuncta compônens: & delectâbar per singulos dies, ludens coram eo omni tæmpore; ludens in orbe terrarum: & deliciae meæ, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam,

& hauriet salutem à Domino.

XI. DECEMBRIS.

In festo sancti Dámasi Papæ & Conf. Epist. Fratres, Plures facti sunt sacerdotes, de commun. Conf. Pontif. pag. xiii.

XIII. DECEMBRIS.

In festo S. Lúciæ Virginis & Martyr. Epist. Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriêtur, de commun. Virgin. pag. xix.

XVI. DECEMBRIS.

In festo S. Eusépii Episc. & Mart. Epist. Fratres, Benedictus Deus, de commun. unius. Martyr. Pont. pag. ii.

XX. DECEMBRIS.

In Vigilia sancti Thomæ, Epist. Benedictio Domini, de commun. Apostol. pag. i.

XXI.**XXI. DECEMBRIS. FESTA JANUARIJ.**

In festo sancti Thomæ Apostoli.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Ephésios.

Eph.
2. d

FRatres, Jàm non estis hóspites, & ádvenæ: sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei: superædificáti super fundamentum Apostolórum, & Propheetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificámini in habitáculum Dei in Spíritu.

DOMINICA II.

post Epiphaniam.
In festo Sanctissimi Nominis Jesu.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Petrus replétus Spíritu sancto, dixit: Príncipes pópuli, & senióres audite: Si nos hódie dijudicámur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis, & omni plebi Israël: quia in nómine Domini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitávit à mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est à vobis ædificántibus, qui factus est in caput ánguli: Et non est in álio áliquo

Act.
4. b

sa-